

A. D. 1138. — **Évangélaire de Maelbrigte. Écriture irlandaise.**  
Londres, British Museum, Harley Ms. 1802, fol. 128.

Page d'un Évangélaire achevé à Armagh en Irlande, vers 1138, par un copiste nommé Maelbrigte. Il est âgé de 28 ans. Pendant longtemps ce manuscrit fut conservé à la Bibliothèque Nationale à Paris. Il y fut volé au XVIII<sup>e</sup> siècle par Jean Aymon. Il arriva plus tard à la bibliothèque du comte d'Oxford et de là passa au Musée britannique. Notre Fac-similé est un peu réduit. Voir les Fac-similés de la *Palaeographical Society*, pl. 212; et Kenyon, *Biblical Manuscripts in the British Museum*, pl. 18. C'est à ce dernier ouvrage que nous empruntons notre Fac-similé avec l'aimable permission de M. Kenyon.

Écriture irlandaise pointue. Voir les exemples d'écriture insulaire, pl. 212, 26, 30, 31, 25, 50 et 65. L'écriture irlandaise, pendant tout le moyen âge, a conservé généralement la forme qu'elle avait précédemment. Aujourd'hui encore elle est employée pour les textes géliques. Voir les formes

anciennes et caractéristiques des lettres a, o, f, g, q, r, s, et les abréviations insulaires. À noter l'abréviation pour *quoniam* (25), q avec un trait ondulé, comp. l'abréviation pour *quae* (13). — Souvent il y a des lettres suscrites ou reliées par en bas; voir (9, 10, 11), *sanguinibus* (19), *quasi* (23). — Voir la forme de l'x.

In principio erat verbum  
et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum.  
Hoc erat in principio apud Deum. Omnia  
per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil  
quod factum est. In eo vita est, et vita erat  
lux hominum. Et lux in tenebris lucet,  
et tenebræ eam non comprehenderunt.  
Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannis.  
Hic venit in testimonium, ut testimonium  
perhiberet de lumine, ut cuncti crederent per  
illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium  
perhiberet de lumine. Erat enim lux vera  
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc  
mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum  
factus est, et mundus eum non cognovit. In propria  
venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem  
receperunt eum, dedit eis potestatem filios  
Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui  
non ex sanguinibus, neque ex voluntate  
carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo  
nati sunt. Et verbum caro factum est et habitavit  
in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam  
quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.  
Iohannes testimonium perhibet de ipso  
et clamavit dicens: Hic erat, quem dixi vobis.

<sup>1)</sup> Dans la plupart des autres manuscrits, ce verset commence par les mots: *In ipso vita erat*; c'est pourquoi, on a écrit in ipso en marge. <sup>2)</sup> Cinq lettres sur un grattage.

A. D. 1154. — **[Cicéron] De arte rhetorica.**

Milan, Biblioteca Ambrosiana, E. 7, fol. 28<sup>r</sup> et 29<sup>r</sup>.

Deux pages d'un Codex, contenant les livres *De arte rhetorica* attribués autrefois à Cicéron. Au folio 52 on trouve cette souscription du copiste: *Scripsit hunc rhetoricarum librum...* (suit un grattage d'à peu près cinq lettres; c'était sans doute le nom du copiste) *scriba Stephano thesaurario Antiochie anno a passionis Domini millesimo centesimo vicesimo primo.* Le Codex est donc de l'année 1154 (1121 + 33), et comme il était destiné au thesaurarius d'Antioche il est permis de supposer qu'il a été écrit dans cette ville. Il parvint à l'Ambrosiana en 1605.

Le Codex contient beaucoup de glosses marginales et interlinéaires d'une main plus récente. Les chiffres arabes sont fréquemment employés dans ces glosses (II, 17, 23). — La ligne 1, 24, contenant l'*Explicit* etc., est écrite à l'encre rouge. Le troisième livre est ici désigné comme *liber 6*, et le quatrième comme *liber 8*. — L'initiale Q (II, 25) est bleu, avec des traits interlinéaires rouges. Les initiales des phrases sont remplies à l'encre rouge (I, 2, 12, 15, 16).

facilioris sine labore et molestia facile meminis-  
set, in rebus difficilibus esse ante exercitatus. Nec nos hanc  
verborum memoriam inducimus, ut versus meminis-  
set, sed ut hac exercitatione illa rerum memoria,  
5 que pertinet ad utilitatem, confirmetur, ut ab hac difficili  
consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire  
possimus. Sed<sup>1)</sup> cum in omni disciplina infirma est artis præceptio<sup>2)</sup>  
sine suavia assidue exercitatio, tum vero in memoriis<sup>3)</sup>  
minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore,  
10 diligentia<sup>4)</sup> comprobetur, quam plurimos locos ut habeas et quam maxi-  
me ad præcepta accommodatos curare<sup>5)</sup> debebis. In ima-  
ginibus collocandis cotidie convenit exerceri. Non enim,  
sicut in ceteris studiis adhibetur, nonnumquam occupatione,  
ita ab hac re non potest causa<sup>6)</sup> deducere aliqua.  
15 Non utquam est enim, quin aliquid memorie tradere velimus et tum  
maxime, cum aliquo maiore negotio detinemur. Quate cum  
sit utile facile meminisset, non te fallit; quod tantopere  
utile sit, quanto labore sit appetendum, quod poteris existi-  
mare utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te horti-  
20 tari non est sententia, ne aut tu studio diffusi aut minus,  
quam res postulat, disixisse videamur. De quarta parte rethorice  
denotepis dicemus. Tu primas quasque partes in animo frequenter et, quod  
maxime necesse est, exercitatio confirmas.  
Explicit liber 6 ad Erennium. Incipit 8.  
25 Quoniam in hoc libro, Heremi<sup>7)</sup>, de elocutione<sup>8)</sup> conscripsimus<sup>9)</sup>  
et, quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis ipsi  
sumus, et id fecimus præter consuetudinem Græcorum, qui de<sup>10)</sup> hoc re  
scripsissent, necessario faciendum est, ut paucis rationem consilii nostri<sup>11)</sup> de-  
mus<sup>12)</sup>. Atque hoc necessitudine nos facere, non studio, satis erit signi,  
30 quod in superioribus libris nichil neque ante rem neque præter rem locuti  
sumus. Nunc, si pauca que res postulat, dixerimus, tibi id, quod reli-  
quum est artis, ita uti instituiamus, nersolvemus. Sed facilius hæstitam  
rationem intelligis, si prius, quid illi dicant, cognoveris. Compluribus<sup>13)</sup>

<sup>1)</sup> En marge: *Exhortatio Heremiani ad exercitandum.* <sup>2)</sup> Le copiste écrit sur la 3<sup>e</sup> page, ligne 11, *præterea*; c'est pourquoi nous rendons l'abréviation *p* par *pre*. Il remplace d'ordinaire *ae* par l'*æ* cédille (II, 15, 21). <sup>3)</sup> Dans l'édition de Teubner: *memorialis.* <sup>4)</sup> Glose: *desiderio adsequendi.* <sup>5)</sup> Glose: *proponere.* <sup>6)</sup> Corrigé. <sup>7)</sup> Pour Heremi. <sup>8)</sup> Glose: *ornatus.* <sup>9)</sup> Glose: *perfectio.* <sup>10)</sup> Suscrit: <sup>11)</sup> Suscrit; un petit trait indique que nostri doit se mettre avant de. <sup>12)</sup> En marge: *Excursus*; après deus on a un signe de paragraphe d'une main plus récente. <sup>13)</sup> En marge: *sequitur.*

A. D. 1141. — **Martyrologe.**

Berne, Stadtbibliothek, Ms. 226, fol. 24<sup>r</sup>.

Page d'un Martyrologe écrit en 1144 dans l'abbaye bénédictine de Disibodenberg, près Kreuznach, en Allemagne. Dimensions: 30 x 20 cm. Notre Fac-similé est réduit. Voir Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, p. 276.

Minuscule carolingienne. A remarquer que beaucoup de lettres rondes ont quelquefois des traits anguleux; voir par exemple a, c, o (12, 13). Avant la date des jours (1, 11) on trouve les lettres A et B. On sait que dans les anciens calendriers il y a une lettre pour chaque jour de l'année: A pour le 1, B pour le 2, C pour le 3, D pour le 4, E pour le 5, F pour le 6, G pour le 7 janvier; puis la série recommence par la lettre A, continuant jusqu'à G, pour le 8 jusqu'au 14 janvier, et ainsi de suite jusqu'au 31 Décembre. Or, quand le premier dimanche de l'année tombait le 1 janvier, l'A était appelé la lettre dominicale de l'année, et tous les jours précédés d'un A étaient des dimanches dans cette année. Quand le premier dimanche tombait le 2 janvier, c'était le B qui était la lettre dominicale de l'année. Ainsi de suite.

Au bas on a trois vers en minuscule diplomatique (comp. pl. 82). Le premier vers désigne le mois d'Août, le second et le troisième marquent les jours et les heures de ce mois qui portaient malheur (*dies Aegyptiaci*): c'est le 1 Août et la première heure du 1 Août, ainsi que le 30 Août (*secunda*, compté à partir de la fin du mois) et la septième heure du 30 Août. Dans un manuscrit parisien du X<sup>e</sup> siècle (Ms. lat. 1338) il est dit de ces jours: *Isti sunt dies Aegyptiaci, qui vocantur trebrosti, qui male dicitur tueri, quia non sunt apud nos boni ad nullum opus faciendum. In quibus diebus si quis sanguinem minuserit aut aliquam potionem liberit, aut statim moritur aut vis evadit. Et si quis opus inguaverit aut aliquam causam fecerit, non vertetur ad gaudium sed potius ad damnum.* Voir Schmitz, *Beitrag zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde*, 1877, p. 307.

XIX. A. III. *Kalendas Augusti.* Rome natalis sanctarum Abdon et Sennen subregulorum, qui cum in Cordula civitate Persarum vincula paterentur a Decio, ad ultimum duxit eos Romæ cæcis obligatos et diversis penis maceratos, ubi plurimis primis cæci, et deinde de gladio interfecit sunt. Apud Africanam civitate Lucernaria sanctarum virginum Maxime, Donatille et Secunde, que persecutione Galieni aceto et felle primum potate, deinde plagis acerrimis cæci, et aculei extensione cruciata, postmodum etiam cruciatis exuste, nec non ad bestias prosecte, sed ab his intacte, novissime gladio iugulatae sunt.  
B. II. *Kalendas Augusti.* Apud Rauennam transitus sancti Germani Autisiodorensis episcopi, genere, fide et doctrina atque miraculorum gloria clarissimi. Apud Cesaream passio beati Fabii martyris, qui cum ferre vexilla præsidalia recusaret, primum diebus aliquot in carcere trusus, deinde interrogatus semel et iterum in confessione Christi perdurat, et mox a iudice capitali sententia condemnatur. Civitate Sinnada sanctarum Democriti, Secundi et Dionisii.

Augustum mensem Leo fervidus igne perurit. Horas dat primas Augusti datque kalendas. Inde secunda dies septenas turbidat horas.

Parmi les nombreuses abréviations on remarquera les signes pour *con* (I, 6, 12), *enim* (I, 15; II, 12), et (I, 10, 15), de plus les abréviations pour *aut* (I, 20; II, 14), *genus* (II, 30), *hoc* (I, 25, 29), *quare* (I, 16; II, 7), *que* (I, 5; II, 4) et *tamen* (II, 31). L'ligature s. Voir les liaisons de p et b (II, 18, 24) et de q et b (I, 15). Nombres aussi sont les liaisons de boucles (*aportere*, II, 1; *poeta*, II, 2).

de causis putant oportere, cum ipsi præceperint. I) quo pacto oporteat ornare elocutionem, unum cuiusque generis ab oratore ut potest probato sumptum ponere exemplum. Et primum se id modestia<sup>2)</sup> commotos facere dicunt, propterea quod videatur esse ostentatio quædam non satis habere præcipere de artificio, sed etiam ipsos videri velle artificiosè gignere<sup>3)</sup> exempla hoc est, inquit, ostentare<sup>4)</sup> se, non artem ostendere. Quate pudor inprimis est ad eam rem impedimento, ne nos<sup>5)</sup> solos probare nos, nos amare, alios contempnere et deridere videamur. Etenim cum possimus<sup>6)</sup> ab Ennio sumere aut a Græco<sup>7)</sup> potius exemplum, videtur esse arrogantia illam<sup>8)</sup> relinquere, et ad sua devenire. Præterea exempla testimoniorum<sup>9)</sup> locum optinent. Id enim, quod admonerit et leviter fecerit præcepto, exemplo sicut testimonio comprobatur. Non igitur ridiculus sit, si quis in lite<sup>10)</sup> aut in iudicio<sup>11)</sup> domesticis testimoniis pugnet<sup>12)</sup>. Ut enim testimonium, sic exemplum rei<sup>13)</sup> confirmanda causa similiter.  
Non ergo oportet hoc nisi a probatissimo sumi, nec, quod aliud confirmare debeat, egeat id ipsum confirmatione. Etenim<sup>14)</sup> necesse est aut se omnibus anteponat et sua maxime præbet aut non negent optima esse exempla<sup>15)</sup> que a probatissimis oratoribus aut poetis sumpta sint. Si se omnibus anteponat, intollerabili arrogantia sunt; si quis sibi præponat et eorum exempla suis exemplis non putent præstare, non possunt dicere, quate sibi illos<sup>16)</sup> anteponat. Quid<sup>17)</sup> igitur ipsa auctoritas antiquorum? Nam tum res probabiliores tum hominum studia ad imitandum alacriora reddunt; imo erigit omnium cupiditates et acuit industriam, cum<sup>18)</sup> spes iniecta est, posse imitando Græci<sup>19)</sup> aut Crassi<sup>20)</sup> consequi facultatem. Postremo hoc ipsum suum est artificium<sup>21)</sup> res<sup>22)</sup> varias et dispares in tot poematibus et orationibus sparsas et vage disiectas ita diligenter eligere, ut unum quodque genus exemplorum sub singulos artis locos subicere possis. Hæc si industria solum fieri posset, sancti eremus laudandi, cum talem laborem non fugissemus; nunc sine summo artificio non potest fieri. Quis enim est, qui non suave cum teneret<sup>23)</sup> artem

<sup>1)</sup> Le signe d'abréviation dans la haste du premier p est à effacer. <sup>2)</sup> En marge: *declarat.* <sup>3)</sup> Glose: *inventio.* <sup>4)</sup> Glose: *exemplum proprium.* <sup>5)</sup> En marge: *subtilis.* <sup>6)</sup> En marge: *apologis.* <sup>7)</sup> Corrigé de *possimus.* <sup>8)</sup> Pour Græco; en marge: *probatio.* <sup>9)</sup> Pour illa. <sup>10)</sup> Glose: *similitudine*; en marge: *secunda ratio.* <sup>11)</sup> Glose: *coram iudice*; en marge: *apologis.* <sup>12)</sup> Glose: *coram iudice.* <sup>13)</sup> On a écrit au-dessus dans une écriture presque illisible et ipse aliostrat testimonio sui generis. <sup>14)</sup> Glose: *noto.* <sup>15)</sup> En marge: *tertia ratio.* <sup>16)</sup> *Et est ibi dilectio.* <sup>17)</sup> *De exemplum.* <sup>18)</sup> En marge: *quarta ratio.* <sup>19)</sup> Glose: *valchit.* <sup>20)</sup> Glose: *quia.* <sup>21)</sup> Pour Crassi. <sup>22)</sup> Pour Crassi. <sup>23)</sup> En marge: *ultima ratio.* <sup>24)</sup> Glose: *colores.* <sup>25)</sup> *De contineret.*